

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt sedecimvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)



Am primus gallus dicitur malus, quia est superbus, clamorosus, luxuriosus, inconstans, pnus ad lites, pronus ad pacem, vnde Gallici qui has proprietates habent, sciunt se uel clam aut palam de uili Gallicorū genere traxisse originem. Proprietates galli boni sūt istæ. pulcher in corpore, pulchrior plumatus quam deplumatus, audax, hilaris, amatiuus, & liberalis. Iste qui ita fuerit, de nobili Gallicorū pro sapia traxit originem, uel consuetudo mutauit in eis naturam uiliorem. Porro hæc sunt proprietates galli optimi. circumspectus, euigilans, seipsum alis post excitans, gallinas, id est subditos beneregens & foecundans, granum ex paleis eliciens, proximis cōdiuidens. Iste gallus est spiritualis praelatus in ecclesia.

CAPVT SEDECIMVM.



Otandum à Priamo usq; ad Faramundum, & à Faramūdo usq; ad Hildericum omnes reges & principes Gallicorum fuerunt gentiles & pagani. Hic Hildericus cognouit ancillas & uxores, eatenus expulsus ad Thuringiam ad Basamum regem confugit, & coniugem eius Vastā illicito coitu cognouit, quæ genuit Clodoneum de adulterio gentilium, quem sic procreatum Remigius baptizauit. Ex isto Clodoneo omnes reges Franciæ Christiani fuerunt. & primus Carolus qui dicebatur Marcellus, ex adulterio natus fuit ex patre Pipino, & Alpaida matre, qui Carolus expulsis filijs legitimis patris sui Drogente & Gynaldo, successit patri in regno. Erat tyrannus, multas clero & ecclesiæ inferēs infidias. hic fuit de malo gallo. Cum moreretur idem Carolus, Papa somniū habuit in Vibe, q̄ Carolus Marcellus Frācorum rex mortuus esset in Treuiri, & cum corpore & anima duceretur in infernū. Misit ergo Papa nuncios ad Episcopum Treuireñ. qui aperto monumēto serpentem inuenerūt miræ magnitudinis, corpore non inuento. Et dicitur in lib. Regum Francorum, q̄ de Carlingis, id est de stirpe regis Caroli Franci su-

G. iij.

PROGNOSTICVM IOANNIS

Scitabitur Imperator in nouissimis nomine P. qui erit princeps & monarcha totius Europæ, reformabit ecclesias & clerum. post illū nullus amplius imperabit. Ergo manifestū est, q̄ sicut Romana ecclesia dei sit regnum Romanū, & similiter regnum dei, de quo regno illud dicit, quod Iesus dixit discipulis suis, Vobis (inquiens) datum

REX FRANCIAE CVM
Lilio in vexillo.



est nosse mysteriū regni dei, illis autem qui foris sunt, in parabolis, ut uidentes non uideant. Si enim opera quæ mystice fiunt in hoc regno dei palam cunctis dicerent, non solum carnales & superbi nō intelligerēt, quin imō ipsi potius ueritatē peruerterent in derisum.

CAPVT DECIMVM,
septimum.

BRigida de Suetia in reuelatione sua dixit, Egrediet liliū ex agro occidē tali, erit crescens in mille milia in terra Virginali. recupe-
rabit amissa, odore suo rigabit uenenosa, & erit fortior cedro. O iuuenis in terra liliij attende, quod noua testa capit iueterata sapit. Impinge tabulæ cordis tui, quæ hucusq̄ rasa, quæso clemēter, ut regibus cōgruit. Corrige cō-